



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

XXV. Herzog Wladislaw von Krakau bestätigt dem Bisthum Lebus ein Privilegium des Herzogs Lesek vom 12. Mai 1282, am 10. Januar 1305.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55508](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55508)

XXV. Herzog Wladislaw von Krakau bestätigt dem Bisthum Lebus ein Privilegium des
Herzogs Lesek vom 12. Mai 1282, am 10. Januar 1305.

In Nomine Domini Amen. Cum plerumque ea, que temporaliter aguntur, vetustate interueniente, que Mater oblivionis est, simul cum processu temporis elabantur, nisi scripturarum memoria et subscriptione fidelium Testium firmiter roborentur; Ideoque Nos Waldislaus, Dei gratia Dux Cracoviensis, Sand., Kuyauie, Lancie, et Sirad. omnibus presentem literam inspecturis notum facimus et presentibus protestamur, quod Venerabilis in Christo Pater, Dominus Fridericus, Lubucensis Ecclesie Episcopus, Compater Noster Dilectus, coram nobis in presentia multorum exhibuit, ostendit et perlegi fecit literas et Privilegia incliti Principis Domini Leskonis clare memorie, Fratris nostri Karissimi, quondam Ducis Crac., Sand. et Sirad., non cancellatas, nec abolitas, nec in aliqua parte sui viciatas sub vero sigillo suo in hec verba: (S. Nr. XIX.)

Nos igitur antedicti Principis Domini Leskonis, Fratris nostri Karissimi, olim Ducis Crac., Sand. et Siradie, in tam piis factis et ordinationibus circa ipsam Ecclesiam Lubucensem habitis volentes vestigia imitari, pure propter Deum prescriptam libertatem predictae Ecclesie Lubucensi rite et rationabiliterque datam et donatam, ratam et gratam habentes in perpetuum confirmamus et presentis scripti Patrocinio cum Sigilli nostri munimine roboramus. Datum Cracovie, presentibus hiis Testibus Domino Reynbora, Archidiacono Cracoviensi, Magistro Francisco, Canonico Cracoviensi, Cancellario nostro, Domino Henricus de Sangto, Nicolao, Canonico Cracoviensi, Thenitzlao, Castellano de Sanditz, Spicone de Dampna, Michaele Mrisquenitz, fidelibus nostris, Magistro Nicolao de Vranckenvorde, Lubucensis Ecclesie Canonico, Gotfrido Refeler, familiaribus antedicti Episcopi Lubucensis, et aliis multis fide dignis, Anno Domini M^o. CCC^o. Quinto, quarto Idus Januarii.

Beckmann's Bisththum Lebus, p. 7. Lünig's spic. eccles. II, 81.

XXVI. Markgraf Woldemar verkauft dem Bisthum Lebus das Dorf Goltzow,
am 4. April 1308.

In nomine Domini Amen. Ad geste rei memoriam sempiternam, nos Waldemarus, dei gratia Brandenburgensis et Lusatie Marchio tutorque magnifici principis Domini Johannis, Brandenburgensis Marchionis, clara presentium literarum recognoscimus forma, volentes eas ad uniuersorum noticiam peruenire, quod prefati Domini Marchionis nomine dedimus presentibus nostris et donamus ecclesie Lubucensi villam Goltzow sitam in prato, cum filua quercina adiacente et cum insula Hartmalin, que in se continet sedecim jugera, et cum omnibus intermediis pratis, pascuis, lignis, piscationibus inter dictam villam et distinctiones opidi Selow situatis, cum omni iure, iudiciis, attinentiis, omnibus, cum precaria et seruitiis uniuersis, cum fructibus et obventionibus singulis, cum omni libertate et proprietate sub antiquis et consuets limitibus, terminis et